



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

XIII. Der Rath zu Lübeck notifizirt seinem Aldermann in Gotland, die Stadt  
Salzwedel zur Theilnahme an der Vereinigung in Wisby zugelassen zu  
haben, am 16. Juni 1263.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

et infundat, hospitali sancti spiritus apud Saltwedele, adhibito etiam filiorum nostrorum consensu, allodium in Cricheindorp, quod Henricus de Snegha a nobis in pheedo tenuit et possedit, cum omni jure et utilitate, qua dictum allodium actenus est possessum, in agris, pratis, pascuis, silvis, viis et inviis, cultis pariter et incultis, cum aliis attinentiis univcrsis contulimus proprietatis titulo perpetuo possidendum. Testes hujus sunt Johannes de Rossowe, Johannes de Crakowe, Henricus, p[re]positus in Soltwedele, Ghereco de Wustrowe, Bertoldus, coquinarius, et alii quam plures. Ut igitur collatio rationabiliter sit peracta, per nos grata et rata ab omnibus observetur et ne ab aliquibus imposterum frivolis infringi possit articulis aut aliquibus quibuscunque questionibus perturbari, dicto hospitali presentes nostras literas in evidens testimonium et robur validum duximus erogandas. Datum in Soltwedele, per manum Johannis, nostri notarii. Anno Domini Millesimo ducentesimo sexagesimo tertio, indictione VI, Sexto Kal. Aprilis.

Nach Leuz Br. Urk. II, 888.

XIII. Der Rath zu Lübeck notifizirt seinem Aldermann in Gotland, die Stadt Saltwedel zur Theilnahme an der Vereinigung in Wisby zugelassen zu haben, am 16. Juni 1263.

Honorabilibus viris et dilectis, Domino Aldermanno ciuitatis Lubyensis constituto in Gotlandia et ceteris conciuibus suis ibidem existentibus aut venientibus ac univcrsis mercatoribus hanc literam inspecturis, Aduocatus, Consilium et Commune ciuitatis Lubyensis salutem in Domino Jesu Cristo. Vniuersis ac singulis notum esse volumus, quod dilectioni et vtilitati amicorum nostrorum de Saltwedele intendentes fideliter, ad petitionem et affectionem eorundem, in sedilia et confortia nostra in ciuitate Wisbuy recepimus ipsos, ipsi eam libertatem, iustitiam et leges frui concedentes, que nostrates ibidem habent et hactenus habuerunt, volentes eisdem specialibus amicis nostris tanquam nobis perpetuo observari. Vt autem hec donatio ipsi rata et firma permaneat, presentem paginam inde conscriptam confirmatamque sigilli nostri munimine ipsi contulimus in testimonium et in signum. Testes vero hujus facti sunt Consules Lubyenses Henricus Vorradius, Johannes de Bardewic, Magistri ciuium ipso anno, Hildemarus, Johannes Campfor, Fromoldus de Vifhusen, Henricus de yferlo, Altwinus de Domo, Altwinus niger, Rutherford, Henricus Albus et Bertramus, Camerarii, Lodeuicus, Henricus Kuro, Engelbertus de Colonia, Petrus de Boizneburg, Tydemannus Wrot, Mako de Kasfelde, Cristianus de Koleo, Jacobus et Consilium uniuersum. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXIII<sup>o</sup>., Dominica secunda post Octauam Trinitatis.

Nach dem Originale des Salz. Archives IX, 3.